

Tanta diligentia salutis negotium agendum est, inde sanctus senex non expectat, quod Ioannes quærat, sed ipse prævenit, & interrogat.

227. Psalm. 118. Ut David suum studium de salute commendaret, ait Psalm. 118. num. 147. Præveni in maturitate, & clamavi; ac si nulla præventio, quamvis festinata, non esset immatura: quod explicatius habet Græcus: Præveni ante horam, hoc est, ut negotium meæ salutis peragerem, nullum tempus reputavi incommodum, sed quodlibet valde opportunum, ac tempestivum.

Eccles. 3. His tamen obstat Ecclesiastes; numero 1. Omnia tempus habent, & suis spatiis transcurrent uniuersa sub cælo; Quod idem valet, ac si diceret, in omni studio tempus suum obseruandum est. Inutilis, ac vana erit præventio ante horam; Verum est, quod una erit præventio rei ante horam, quæ sub cælo est suis spatiis transcurrent uniuersa sub cælo. At Christus Dominus omnium saluator supra cælum est; nulla ergo erit intempestiva hora, nullumque intempestivum tempus, ut ad eum convenias, & de salute tua agas, sed quodlibet tempus, quodlibet spatium opportunum, ac conveniens; Præclare D. Ambrosius citat locum Psalm. Præveni, ait ante horam, nesciens, in observationibus Domini tempus esse aliquod, sed semper in ipsis sum, sive manducamus sive bibimus, Christum annuntiamus, Christum rogemus, Christum cogitemus: sed forte dicat, quomodo scriptum est; tempus omnibus, & tempus omni qui sub cælo est; sed Dominus Iesu supra cælum est, nullo circumscriptus est tempore.

228. Obstericibus Egyptiorum imperat Pharaos, ut pueros masculos interficerent; cui illæ respondent: Non sunt Hebræi, sicut & Egyptii mulieres; ipse enim obstericandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, parimus. Exod. 1. n. 17. Sanè non est Dei gratia, ut cæteræ matres, ipsa nihil indiget expectare; ante horam prævenit in maturitate, & omni præventio tempore, tempestive parit; cum enim Hebrææ ex fide patrum parentem ad salutem, tempus non expectabant, sed præveniebant, nam ut ait D. Chrysostomus relatus à D. Damascen. lib. 2. Parallelorum: Tempore non est opus eis, qui salutis sue desiderio tenentur.

Exod. 1. Gratia non expectat tempus, sed prævenit.

D. Damasc. Parallelorum: Tempore non est opus eis, qui salutis sue desiderio tenentur.

QUÆSTIO XXVII.

Quare Ioannes, qui penetravit, & cognovit altissima Sacramenta, hoc tamen electos in hac turba magna non cognovit?

226. Ut discas mysteria fidei non venari, interrogare. Pannon. Quærit senex à Ioanne, qui sunt isti? & unde venerint? Tunc Ioannes respondens, ait illi; Domine tu scis. In quocumque deprecatur, ut eum doceat, quinam sint illi; & unde venerint, & cur eum sic consulit? ut fiat nobis documentum, quod in mysteriis fidei, Doctores quæramus, à quibus in salutari doctrina instruamur. Cælius Pannonius: Ostendit, minime verendum fore, præsertim in rebus salutaribus, quæ mysteriis abditis plena sunt, seniores Doctores consulere; Qui vero verentur; licet interrogare) an superbia vitio laborant, aut ignavia vincuntur.

Tota tamen quæstio est; quare Ioannes videns Agnum stantem in throno maiestatis, cui astabant omnes Angeli, magnaque multitudo beatorum, quam dinumerare nemo poterat, in qua erant viri amicti stolis candidis dealbatis in sanguine Agni, provocatur tamen Ioannes ab uno ex junioribus, ut quærat: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & unde venerint? Cui responderet Ioannes: Domine mi, tu scis; aperte supponens, quod ipse nesciebat, ut omnes interpretes fatentur; quomodo magnus Evangelista, qui præclara perspicacia sui intellectus altissima penetravit Sacramenta; modo quærit, qui sunt isti? & unde venerint? Cognoscit Evangelista eminentem sublimitatem Divini Agni, perfectam Angelorum naturam, excellentiam seniorum, altitudinem beatorum tot tantisque donis fulgentem; & tamen solos illos, qui habebant stolas candidas, sanguine Agni dealbatas, ignorat, & quærit; qui sunt isti? & unde venerint? Ansberrus: Requiritur, qui sunt tales? & unde venerint tales? In Agno fulgebant perexcella ejus eminentia actionibus illi Proportionatis; in Angelis apparebat eorum perfecta natura simul cum actionibus illis valde convenientibus; Sicut liter de senioribus, ac cæteris beatis. At vero in Martyribus, qui venerunt ex tribulatione magna, & liberunt stolas suas; & dealbaverunt eas in sanguine Agni. Cum se in illis exhiberet humana natura, tenuis, & fragilis; nitent tamen in eis mirabiles actiones patientiæ, fortitudinis, ac constantiæ, cuiusdamque divini potestatis super omnem humanam conditionem, qua tormenta, mundum, ac ejus Principes in medio tribulationum devicerant, ac subjugaverant; cum ergo eorum actiones; ac stigmata, multum ordinem naturæ sperarent, inde Evangelistæ provenit tanta difficultas in eis agnoscendis, ut quærat, qui sunt isti? & unde venerint?

230. Martyrum actiones super naturam, & assequi non possunt.

Videntes Angeli Christum Dominum plagarum, & in magnam admirationem rapti dicunt interrogantes: Quid sunt plage ista in medio manuum tuarum? Zachar. 13. numero 6. Quid est, quod Angeli Christum plagarum non cognoscunt? & tantum de ejus plagis mirantur? Angeli optimè cognoverunt Christum natum in præsepio, & pannis involutum. Luc. 2. Angeli Christum agnoverunt resurgentem de sepulchro cum multa gloria. Matth. 28. Angeli Christum agnoverunt ascendentem in cælum cum multa maiestate. Actor. 1. & tamen modo ejus vulnera, nec capiunt, nec cognoscunt? In aliis mysteriis Christum agnoscunt, multis signis, & prodigiis, quæ ejus divinitatem indicabant; At cum vident plagas in medio manuum ejus, ita eis est admirabile, ac supra omnem ordinem naturæ, supraque vim intellectus creati, ignorant, & valde admirabundi interrogant: Quid sunt plage ista? Rupertus in præfati sic ait: O magnum miraculum, mirandum

Zachar. 13. numero 6. Quid est, quod Angeli Christum plagarum non cognoscunt? & tantum de ejus plagis mirantur?

Luc. 2. Angeli Christum agnoverunt resurgentem de sepulchro cum multa gloria.

Matth. 28. Angeli Christum agnoverunt ascendentem in cælum cum multa maiestate.

Actor. 1. & tamen modo ejus vulnera, nec capiunt, nec cognoscunt? In aliis mysteriis Christum agnoscunt, multis signis, & prodigiis, quæ ejus divinitatem indicabant; At cum vident plagas in medio manuum ejus, ita eis est admirabile, ac supra omnem ordinem naturæ, supraque vim intellectus creati, ignorant, & valde admirabundi interrogant: Quid sunt plage ista? Rupertus in præfati sic ait: O magnum miraculum, mirandum

randum spectaculum, præsertim in Domino, dominatore omnium, plagas habere in medio manuum suarum!

231. Cor. 6. Ecce quantum extollunt labores, ut etiam nos Angelis superiores faciant. Dicebat Paulus 1. Corinth. 6. num. 3. Angelos judicabimus. Quomodo, Paule, tale iudicium tibi assumis super Angelos, Nonne tu, ut homo, inferior es illis natura? Unde tibi talis supereminentia, talisque tribunal? ex vulneribus nempe, ac laboribus; laborum, ac vulnerum Angeli expertes fuerunt, quæ & Paulus pro animabus pertulit, à quibus sic in altum elevatus est, ut ab eis illi tribunal constitueretur, quo & Angelus iudicaret. In hac cogitatione est Origenes homil. 11. in Numeros: Et erit inter Angelos, & homines iudicium Dei; & fortassis iudicabuntur Angeli ab qui cum Paulo, & conferentur laboribus ejus, & invenietur in laboribus superior etiam aliquibus Angelis; & ideo dicebat: An nescitis, quia Angelos iudicabimus?

Origen. Et erit inter Angelos, & homines iudicium Dei; & fortassis iudicabuntur Angeli ab qui cum Paulo, & conferentur laboribus ejus, & invenietur in laboribus superior etiam aliquibus Angelis; & ideo dicebat: An nescitis, quia Angelos iudicabimus?

QUÆSTIO XXVIII.

Quare pro magno elogio de electis Dei dicitur, quod venerunt de tribulatione magna?

232. Græcus. Ait Sanctus senex: Hi sunt, qui venerunt ex tribulatione magna. In Græco est duplex articulus; qui venerunt ex illa tribulatione magna; quæ per antonomasiam refertur ad tempora Antichristi: Erunt enim tunc tribulatione magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet. Matth. 24. n. 21. & dicitur, qui venerunt de tribulatione, tanquam per medium, per quod adepti sunt talem gloriam; & dicitur, qui venerunt ex tribulatione, sicut & dicitur de militibus, hi sunt, qui venerunt ex tali prælio, ex tali naufragio. Verba tamen altius sunt examinanda.

234. Ex tribulatione transit homo ad firmam requiem. Ait senex: Hi sunt, qui venerunt. Cum Ioannes quæreret, unde illi venissent, sufficiens erat responsio; Hi venerunt ex tribulatione magna, Cor ergo addidit; Hi sunt? ille enim, qui per tribulationem transit, illaque probatur, jam ad quoddam pervenit esse ita stabile, in quo nullam amplius vicissitudinem experietur. Abfalon Abbas serm. 42. qui est de Sanct. Victore: Reple appositum est, ait, sunt qui ad verum esse pervenerunt quod nec laboribus frangitur; nec infirmitate corrumpitur; nec mutabilitate transit; nec aliquo sine d. sicut; sed immutabilem semper, idem, æternitate sine fide subsistit: isti vero sunt, qui venerunt ex magna tribulatione.

235. Martyres sponte & non coacte, ad supplicium veniebant. Secundo dicitur, qui venerunt ex magna tribulatione, priusquam venient ex tribulatione, prius ipsi venerunt ad tribulationem, & tamen solum dicitur, quod ex tribulatione venerunt; quia idem fuit, quod ad tribulationem pro Deo venient, ac quod ab illa evolarent in cælum; & cur dicitur, quod venerunt? & cur non potius, quod coacti, ac compulsi sunt à tyrannis in tormentorum tribunal onem? & merito dicitur absolere, quod venerunt, quia sancti Martyres, etiam compre-

hensi, sponte, ac voluntarie cum multo gaudio, & non coacte torturas, aculeos, & mortem subibant pro Deo; ut nihil magis optarent, quam talem mortem. Citatur Abfalon Abbas: Præveni, ait, venerunt ad tribulationem, & postea ex tribulatione venerunt; quando tormenta passi sunt, congrue dicitur, venerunt ad supplicium Passionis; sancti enim Martyres ad hoc sponte nitentur, ut in hac vita pro Christo patiendo, cito ab hoc saeculo eruerentur.

236. Tribulatio Christiani nota, & character. Tertio, ait, qui ex tribulatione venerunt; non ait, qui ex saeculo venerunt; vel qui Antichristum, & mundum non sunt secuti; vel qui concupiscentias, & vitia conculcaverunt; quæ omnia, valde gloriosa erant; sed tantum dicitur qui ex tribulatione magna venerunt, & rectè quidem, quia Christianorum nota, & character, tribulatio est; laboribus premi, & angustiari, sequacium Christi proprium, ac peculiare est. Divus Augustinus tom. 2. Epistol. 12. Si putas, ait, te non habere tribulationes, nondum caperis esse Christianus; & ubi est vox Apostoli, omnes qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur? Si ergo non pateris pro Christo ullam tribulationem, inde nondum caperis in Christo pie vivere.

237. Quarto, venerunt de tribulatione magna. Illi, qui apparebant in turba magna; quando fuerunt in via, præclarissimis virtutibus insigniti fuerant, modo jam in patria, æterna gloria resplendebant; cur ergo senex non commemorat eorum gloriam in patria, vel fidem, spem, charitatem, elemosinas, & alia bona opera rectè facta in via; sed solum eorum tribulationem magnam pro Christo susceptam dicit, quia in illa tribulatione magna, tanquam in fonte ac radice, continebatur gloria, & omnia bona opera hujus vitæ, quibus in hereditate, ac possessionem Dei tranfierunt. Ait Regius Vates Psal. 134. n. 4. Quoniam Jacob elegit sibi Dominus, & Israël in possessionem sibi. Sub nomine Jacob eligatur, & vocatur à Deo; sub nomine Israël fit Dei possessio, ac hereditas æterna; sed cur potius sub nomine Israël, quam sub nomine Jacob, ad tantam excellentiam devenit, quid magis importat nomen Israël quam Jacob? Jacob datum fuit ei ab ipso utero, antequam quicquam boni, aut mali egisset; At vero Israël, non vocatur, nisi post multas tribulationes, & pressuras, postque longum exilium à domo paterna, postque quatuordecim servitutis annos, transactis noctibus gelu, & frigore sine somno, postque magnum luctamen cum Angelo, à quo vulnus accepit, à quo ob ejus fortitudinem dicitur est Israël. Genes. 32. n. 28. & tunc fit, constituiturque Dei possessio in patria per gloriam, in via per admirabiles virtutes, nec enim ante labores exanthlato, factus est Dei possessio, sed post illos superatos, ut in eo Deus inhabitaret, tanquam possessores in possessione propria. D. Hilar. in eodem Psalmo: Jacob est ergo, ait, qui eligitur; Israël, qui possidetur; in præteritis primogenitus, & benedictionibus cognitus; in servitute multis temporis fidelis, in Sacramento lucta potens.

238. Tribulatio à mundo nos dirinet, si vero à Christo volare faciat. Quinto dicitur qui venerunt ex tribulatione magna; non aliunde venerunt in gloriam, nisi ex tribulatione magna, & quanto major est ipsa tribulatio, tanto majores dat alas ad volandum in gloriam; & quantum distat tribulatio pro Qq 3 Deo

Deo suscepta, à tribulatione mundana: Tribulatio, quæ à mundo provenit, detinet; & sic dicitur de Petri socra: Tenebatur magnis febribus. Luc. 4. num. 1. ac veluti navis, jactis anchoris, retinetur, ne gradum faciat, sic tenebatur anas febrium magnitudine; At tribulatio pro Deo in domesticis suis velocissimæ alæ sunt, ut in cælum ascendas: Hi sunt qui venerunt ex tribulatione magna. Ipsa tribulatio alas ministravit, ut felicissimè transirent in cælum; sic ait Divus Augustinus in Psal. 103. Iob ille Sanctus sedebat in stercore, & currebat in via.

Luc. 4.

D. August.

231.

Act. 11.

Caeteran.

Labores pro Christo nos rebus superiores faciunt.

240.

Psal. 43.

Symmach. Aquila. Tribulationibus ad celestia prope ramus.

D. Greg. Exod. 7.

Tenebatur Petrus in vinculis Herodianis; ministerio unius Angeli ab illis est ereptus; custodes autem, cum vidissent vincula, ac carcerem sine Petro: Tunc non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Act. 12. n. 8. explicatus Græcus legitur: Quod tandem Petrus factus esset: Ac si à tantis vinculis non posset, nisi aliquod magnum, ac divinum exire; quod expendens Caeteran. introducit milites loquentes inter se; An conversus fuisset Petrus in aliq. numen? Et quidem prudenter meditantur, quod à tanto carcere, ac vinculis Petrus non posset se expedire, ut homo, sed ut quid divinum; vincula pro Christo talem agilitatem, ac virtutem dant, ut à nulla re creata retineri, ac impediri possit Petrus, sed omnibus superior felicissimè pertransit.

De iustis, ac sanctis afflictis ait Regius Vates. Psalm. 43. n. 12. Deditis nos, tanquam oves escarum, & in gentibus dispersisti nos; hoc est, Domine, deditis nos, tanquam oves, quæ præparantur in escas, & cibos, & ad hoc nos fecisti dispersos per omnes gentes totius orbis, ut nos premerent, & mandocarent, tanquam oves; pro eo quod nos habemus: In gentibus dispersisti nos, transtulerunt Symmachus, & Aquila: Et in gentibus venisti ad nos. Ex cur iusta ipsa pressura ac persecutione dicitur ventis, aut quid ventilatio cum persecutione, sicut id, quod ventilator, multa vi, ac efficacia in altum projicitur, sic Justus dum premitur, ac vexatur, ipsamet pressura, tanquam ventilatio, in sursum fertur, & elavatur, ut magna efficacia, ac conatu in cælum evolet, Divus Gregorius Magnus, relatus in Glossa cap. 3. Exod. num. 7. Vidi afflictionem populi mei; sic ait Sanctus Doctor. Reprobos nequicia electorum vitam, quasi grana à paleis separat: & dum affligit, expedit; quia dum violentiam ingerit, festinare ad superna compellit.

QUÆSTIO XXIX.

Quare sancti dicuntur lavari, & dealbari sanguine Christi, cum sanguis albedinem deleat, & rubicundum faciat?

141. Variab. Eras.

Varabius, & Erasmus legunt: dilataverunt, cum nostra vulgata, juxta radicem Græcam, habeat: Dealbaverunt; unde etiam, ut jam dixi, non est audiendus Petrus Faber, libro 2. Agnostic. capite 12. qui vult,

has stolas rubeas à sanguine Agni; hoc aperte repugnat cum nostro textu.

Dicitur in text. Qui venerunt ex tribulatione magna, & laverunt stolas suas. Optimus sanè nexus, quod qui venerunt ex tribulatione, laverunt se, & dealbaverunt se tribulatio, veluti fornax ignis; maculas peccatorum abstergit, & purificat; & per gratiam Christi nitidi, & speciosi efficiuntur; hoc significavit Divus Augustinus in Psal. 53. Ad hoc exagitat tribulatio, ait, ut eximiat vas, quod plenum est nequitia, & impletur gratia.

Tota diffi. ultas est, quomodo dicatur de omnibus sanctis in cælesti patria: dealbaverunt stolas suas in sanguine Agni? Nam sanguis potius habet vim maculandi, quam abluendi, & dealbandi, quomodo sanguis Christi, qui verus fuit sanguis, utrumque fecisse legitur? Sanguis nonne potius ruborem, quam abedinem introductur? Maculas potius, quam munditiam? quomodo ergo contrarium in sanguine Christi experitur?

Et quantum ad litteram, jam patet solutio ex dictis in expositione; dicuntur lavasse stolas suas in sanguine Agni; quia meritò, & virtute sanguinis Christi munditiam animæ suæ, & candorem iustitiæ, & pulchritudinem virtutum sibi comparantur; Ph. asis autem hæc, dealbaverunt stolas suas, intelligenda est de animabus nostris, ac conscientis, quæ lotæ, & dealbatæ sunt in Baptismo, in penitentia, ac aliis Sacramentis; & deinde etiam, charitatis, ac jejunitæ, ac mortificationis, aliarumque virtutum operibus, ut rectè hic explicant. D. Ambrosius, Ansbertus, & alii, quibus super nivem dealbati, puri, & mundi lumen in conspectu Dei; tamen de hac re aliqua ex sanctis Patribus proferamus.

Secundò Divus Bernardus sermone 1. In die Paschæ. Hanc dealbationem primò refert ad aquam, quæ simul, cum sanguine de latere Domini exivit; Ac si in illo pretiosissimo sanguine, sit pretium sanguinis, ut redimat, sit virtus, aquæ ut abluat; secundò refert ad Agnum novellam, cujus sanguis est lacteus. Sic ait D. Bernardus: Agnum hæc sunt sanctorum dealbationum; qui laverunt stolas suas, & candidas effecerunt in sanguine Agni: quia exivit cum eo, & in eo aqua dealbans; & testimonium perhibet ipse, qui vidit; Aut certe candidas in sanguine Agni novelli, sanguine candido, & rubicundo, sicut habes in Cantico Cant. 5. Dilectus meus, ait sponsa, Candidus, & rubicundus. Expende illud, & rectè, & rubicundus sanguine Agni: ut denotaretur, quod sanguinis Christi videatur lactis participare naturam, ut mundet, & dealbet; quod expressius docet hic Albertus Magn. Quia sanguis, ait, per multam decoctionem fit lac, sicut patet in naturali generatione lactis, quando generatur ex sanguine in mammillis, & ideo quia sanguis Christi maxime fuit decoctus in Passione; ideo dicitur habere naturam lactis.

Obiter nota, quod sancti dicuntur dealbati; At Virgo Maria, non dicitur dealbata, sed candida: Cantic. 8. num. 5 dicitur, Quæ est ista quæ ascendit de deserto, & delictis affluens, univ. supra dilectum suum? Ubi D. Ambrosius, serm. 14. in D. At. br. Psalm. 118. legit: Quæ est ista, quæ ascendit candida? Cur verò alii sancti dicuntur dealbati; Maria Virgo verò candida, pro quo advertit,

242.

D. August.

243. Difficiles questionis.

244.

D. Ambrosius.

245. D. Bernard.

Ar. Mag.

246.

Cant. 8.

D. At. br.

te, esse differentiam inter album, & candidum. Illud dicitur album, quod prius vel forde, vel alio colore infectum fuit; & inde dicitur album, quia superposito albo, redditur album. Psal. 1. num. 18. Si peccata v. frastrum sicut cocinum, quasi nix dealbabitur. Sic trita paromia dicitur, & hyopem dealbare. Candidum autem illud dicitur, quod nunquam alio colore infectum fuit, sed semper suum nativum nitorem, & ingenitam pulchritudinem retinet; indeque talis color in sacris literis Deo, ejus capillis, ac vestimentis signanter adscribitur de suo dilecto Christo Jesu ait sponsa Cantic. 5. num. 10. Dilectus meus candidus. Apocalyp. 1. num. 14. Caput ejus, & capilli candidi. Daniel. 7. num. 9. Vestimentum ejus, quasi nix. Ex his ergo patet, quod sancti dicuntur dealbati, Maria Virgo candida: quia inter sanctos & Mariam magnum est discrimen; sancti dealbati sunt, quia animas suas, & conscientias suas, meritò sanguine Agni dealbaverunt à lordibus à peccato saltem Originali; At sanctissima Maria Virgo sic innixa est super dilectum filium suum Jesum, ut à primo instanti suæ conceptionis nullam contraxerit fordem, sed cælesti gratia infusa, semper candida: & omni omnino labe semper pura, & immaculata. D. Hildesf. serm. de Allumpti. Hæc virgo, ait, clarissima inter virgines, candidior inter Martyres; quia, etsi Martyres coronati dealbant stolas suas in sanguine Agni, nihil omnino hæc beata Virgo candidior digne prædicatur.

Isai. 2.

Cant. 5. Apocal. 6.

Daniel 7. Virgo Maria candida, & pura sine peccato originali.

D. Hildesf.

247. Iust. Martyr.

Gen. 49. Sanguis Christi virtutem habens, & divinitate mundat.

248. Rupert.

Martyres suam victoriam Christo tribuunt. Joachim.

Joan. 16.

249.

Christus suorum labores, ac passionis, ac reputat.

Ablalon Abbas sermone 42. qui est de Sancto Victore. Non immerito, ait, Sanctorum Martyrum sanguis Christi esse dicitur, qui sunt membra Christi: sicut enim sanguis, qui fluit de manu tua, vel de latere, vel de quocumque alio membro, verè sanguis tuus dicitur esse; ita & sanguis ille, qui fluxit de membris Christi, nempe Martyribus, verè sanguis Agni esse perhibetur. Similiter & Lyran. Ideo meritò dicitur sanguis Agni, quia est sanguis membrorum ipsius, in quibus dicit se persecutionem pati. Act. 9. Saule, Saule, quid me persequeris? Hac de causa pauperum elurium, & afflictorum sitim, propriam appellat dicens: Esurivi, & deditis mihi manducare; sitivi, & deditis mihi bibere. Matth. 25. num. 35. tantum facit laborantium gloriam, ut cum illis pati videatur, eorumque passiones suas proprias dicit D. Chrysol. serm. 14. Dixisse sufficeret, & deditis mihi potum: sed præmittit esurivi, & sitivi: quia parum fuisset amor pauperis, quod pauperem suscepisset, nisi & passiones pauperis suscepisset; certe verus amor, non nisi passionibus probatur, Velut amor est, fecisse suas angustias. Vide supra cap. 19. n. 143, 144.

Abel Abb.

Lyranus.

Matth. 25.

D. Chrysol.

Matth. 27.

D. Chrysol.

Extrema miseris, ubi de a. est vita, tibi sit mors.

251.

4. Reg. 5.

Defloratur homo qui est forte salutis haurit in similitudinem.

Sextò, Profundè, & altè considera. Sancti laverunt, & dealbaverunt stolas suas, & animas suas in sanguine Agni: At perfidi Judæi coinquinaverunt, & macularunt animas suas suorumque filiorum in sanguine Agni, dum clamant: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. Mat. h. 27. num. 25. D. Chyrol. homil. 4. de Passione: Magna, ait, plane vis criminis, quæ nec prolixitate temporis aboletur, nec lacolorum oblivione repellitur: sanguis hic Domini nostri polluit in presenti. Similiter Tertullian. 2. contra Marc. cap. 15. & alii Patres; summa & extrema miseria, quod ubi in alios tanquam ex fonte dimanat puritas, ipsi hauriunt maculas; unus, & idem est sanguis Christi iustus stagnat in albedinem, & nitorem gratiæ; at verò impenitens peccator de communi dealbato. rum lavacro reportat nigredinis vetustatem, & albedini resistere perhibet in fuliginè: juxta arbitrium, ac modum intingit, color, à sanguine dispensatur; penitens albedinem, protervus accipit nigredinem.

Sanatus Naaman verbo parentis Elisæi, in terram suam Syriam pergebat; cum verò Giezi cogitaret quod ipse absque salutis mercede recessisset post mundari tergum cucurrit; vestes mutatorias, & geminum talentum accepit, usuram facere de prodigiosa sanitatis fenore cogitavit, & pro simplici curatione duplicia vestimenta sortitur. Quid tunc Elisæus? Sed & lepra Naaman adhaerebit tibi, & semini tuo usque in sempiternum; & egressus est ab eo reprosus quasi nix. 4. Reg. 5. num. 27. O famuli infelicis extrema calamitas! quo sanatur extraneus, proptius ægrotat; familiaris percutitur, quo curatur alienus eademmet vox Prophætæ, quæ laudat medelam ingessit, aggestit ægitudine sanò, & à Domino plagam sustinuit, à quo alienigena reportabat salutem: Non aliud debuit Giezi supplicium imponi, quam quo jam absolutus plectebatur Naaman, ut noceret suam extremam miseriam, cum in apoteca medicinæ inveniat infirmitatem, & in lavacro puritatis, sordem iniquitatis. Rabbân. Iusto iudicio, ait, lepram erroris, quam credentes deo operant, ipse sibi conservat.